



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

74 Gratum esse in Deum præceptores, & omnes benefactores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

resq; eius summa felicitate cumulanit : nam non solum plurimorum regnorum accessione eos au-
 xit, (Neapolis, Castellæ, Legionis, Lusitaniæ, at-
 que aded totius Hispaniæ;) verum etiam eorum
 Imperium ad nouum Orbem vsque propagauit.
Resner. in oper. Geneal. in stirpe Legionensi.

8. *Venetæ Resp.* sedente Iulio II. Pont. Max. li-
 bertatem penè amisit: quia cæteri, qui ditiones in
 Italia obtinebant, animaduertentes, aut suspi-
 cantes ad Imperium totius Italiæ Venetos, Pisan-
 nis iam attentatis, adspirare, contra illos ictu
 foedere conspirarunt: quod prudentiores illius
 Reip. Senatores satis ante prouiderant, ideoque,
 dum de oppugnandis Pisanis consultabatur, in
 alia ibant illi omnia, moti, totam Italiam iam
 ipsorum magnitudinem ægris oculis adspicere,
 proinde hanc Pisanam affectatam dominatio-
 nem cunctis permolestam fore: quia etiam in-
 dexationes, & pericula maiora, quàm quis
 suspicari possit, exspectanda esse, longeque illos
 aberrare, qui sibi persuadebant, cæteros Princi-
 pes otiosissimos tanti incrementi spectatores
 fore, & passuros, vt Veneto Italiam iam formidan-
 do imperio ea Pisanæ ciuitatis oportunitas ad-
 iungeretur. *Ex Guicciard. Amirasus lib. 1. dissert.
 Polit. disc. 6.*

SIGNVM LXXIV.

GRATVM ESSE IN DEVM, PRAE- *Gratum*
 ceptores, amicos, & omnes *esse.*
 benefactores

1. *Constantinus Magnus*, cum splendidam &
 Coloniolam de Maxentio Tyranno repor-
 tasset

G g 3

Exod. 15.
Cantemus
Domino,
&c.

tâisset victoriam, eam Deo; non militum robori,
de beneficio gratus, acceptam tulit: Ego, inquit,
Orat. ad sanctum Coetum cap. 22. & prosperam
meam fortunam; & meas res omnes pietati acce-
ptas refero, &c. Cùm ergo hæc & similia (inquit
Euseb. lib. 1. Vit. Const. cap. 33.) Deo omnium do-
ci & auctori victoriæ, eximium Dei famulum
Moysen imitatus, cecinisset, Urbem Romanam
gressus est: pietate verò in Deum, tanquam na-
turaliter menti insi a imbutus, non applausu pop-
ulari, & strepitu insolenter se iactans, non lau-
dum elatus præconio, sed præsidij à Deo illius
admodum conscius, extemplò preces cum gen-
tiarum actione auctori victoriæ impertijt, atque
illustribus inscriptionibus columellisque ere-
ctis, omnibus hominibus salutaris Christi Regi
virtutem promulgavit, inque Vrbe media re-
gens illud trophæum (Crucis) contra hostes re-
rexit, & hoc salutare signum, characteribus, quæ
nullo modo deleripotera, in eo insculpsit
Romanorum, aliorumque omnium imperij
subiectorum propugnaculum esse demonstra-
uit, palamque proposuit omnibus ad inueni-
endum.

2. Nero magnis præmijs atque honoribus præ-
ceptorem suum Senecam affecit. Tac. ait 13. ann.
eum ter millies sestertium intra quadriennium
parauisse. Ipse Seneca sic (apud Tac. lib. 14. 20.)
Neronem alloquitur: Tantum honorum atque o-
pium in me cumulasti, vt nihil felicitati mee de-
sit, nisi moderatio eius.

3. Gratianus Aufonium præceptorem ad Consti-
latum euexit. Aufon. in Grat. act.

4. *M. Antoninus Imp. & Philosophus Frontoni* præceptori suo statuam in Senatu posuit. *Proculum* Proconsulem fecit. Breuiter, tantum honoris magistris suis detulit, vt imagines eorum aureas in Larario haberet, & sepulchra eorum additis hostijs & floribus superornârit. *Iul. Capitol.*

5. *Carolus V. Imp. Hadriano* præceptori post varios maximosque honores delatos, apicam dignitatum (Summum Pontificatum) commendatione sua procurauit.

6. *Philippus II. Caroli V. filius*, Ecclesie Hispanice Primatum præceptori suo *Ioanni Martini* cõmilit, vt eadem alios honores, aliosque beneficentiae & grati animi notas, quibus eum mirificè insigniuit. *Ex hist. Gall. P. Matthæi lib. 1. narr. 4.*

7. *M. Aurelius Imp.* scribit ad Pollionem amicum: Deos precor, vt obliuione prius sepeliatur vita mea, quam nomini meo ingrati nota inuratur. Quicumque in amicum ingratus fuerit, in vniuersum ab omnibus meretur vituperari.

8. Rusticus quidam videns ad Regem *Artaxerxem* varia deferri donaria, nec aliud habes quod largiretur, vtraque caua manu haustam è proximo flumine aquam illi obtulit vultu alacri. Rex letatus, iussit illi dari phialam auream, ac mille Darcis donauit hominem. *Plut.*

9. Hipparcho Euboico vita defuncto *Philippus* pœre se ferebat, quam illius mortem acerbè ferre: itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare, dicenti que: *Attamen ille tempestiue decessit, iam natus grandis: Sibi quidem ipsi*, inquit *Philippus, tempestiue decessit; sed mihi prae properè: Mors enim illam anticipauit, priusquam à me beneficiũ acceperit nostra dignum amicitia.* *Plut.*

10. Veteranus quidam cum vocatus in ius per-
clitaretur, adiit in publico *Cæsarem Augustum*,
rogans, ut sibi vellet adesse. *Cæsar* è comitatu suo
selectum illicò dedit, ei que litigatorem commi-
dauit. Hic miles vociferans: *At non ego Cæsari, pe-
riclitante te Actiaco bello, vicarium quasi, et pro
te ipse pugnaui, simulque detexit cicatrices. Im-
buit Cæsar, atq; ipse descendit in aduocacionem,
veritus ne non modò superbus, verùm etiam in-
gratus videretur.*

Non reddere bona pro malis, malum est:
Reddere mala pro malis, peruersum est:
Reddere mala pro bonis, pessimum est:
Reddere bona pro bonis, æquum est:
Reddere bonum pro malis, optimum est.

SIGNVM LXXV.

*Haereticos
conuertere,
& punire.*

PRVDENTER HAERETICOS ET
ignorantes conuertere, nec non eissem,
si sint refractarij ac turbidi,
pœnas inferre.

1. *Constantinus Magnus* militum, qui veni-
erroris tenaciores esset, arma Crucis in
bolo signauit, ut paulatim ad veri Dei cogita-
nem & cultum hac ratione eos deduceret. *Sicut
in vita.*
2. In *Go Regulus Venedorū*, (qui ad fontes *Deo-
ui & Sauu* habitant,) multos ex suis sacrae
ratione Christianos fecit. Conuiuium laetitia
struxit, & vilem plebeculam simul cum *Equitibus*
Ordi-